



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

16. An subditus possit non obedire præcepto superioris, quando probabiliter judicat esse illicitum, vel extra jurisdictionem? Et notatur, quod si sub opinione probabili est superiorem non esse ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

leq. & lege
etiam alias
Ref. not. d.
Et ref.

non teneri parere, siue illicitum esse quod præcipitur & post inultas rationes confirmat à simili, videlicet quòd penitens non tenetur obedire Confessario contra propriam opinionem; reus rogatus in causa sanguinis in delicto semiprobatò, non tenetur respondere; & tandem subditus, cui opinio est esse iniustum tributum, non tenetur illud solvere. Nec asserit, audiendi sunt Sanchez, Saurus; & Turrianus, & alij *ubi supra*, censentes, teneti subditum obtemperare, si solum opinionem habeat, quòd sit illicitum, quod sibi præcipitur: eo quòd Superior non tantum habeat ius iubendi res, quas subditus nouit esse licitas, & iuxta limites sue potestatis, sed etiam res vniuersas, quas subditus non cognoscit euidenter illicitas, ultra potestatem superioris. Non inquam, audiendi sunt: nam hoc verum est, quando incidentia, & incerta cognitio, quòd videlicet sit illicitum, quod præcipitur, oritur ex dubio, quòd habeat subditus, in hoc enim casu fatendum est teneri obedire, quia in dubiis melior est conditio possidentis. Quando verò incidentia, seu incertitudo non ex dubio, sed ex opinione oritur: tunc subditus ius habet non parendi, quamuis non sit illi euidens, esse illicitum, quod præcipitur. Sufficit namque id probabiliter opinari, cum fas sit cuique probabili opinione vti. Ceteras rationes pro hac firmata sententia inuenies apud ipsum Sancium, qui respondet ad argumenta contraria: & tandem n. 43. concludit, non posse iuste superiorum punire subditum non obedientem, ductum ad id probabilis opinione: quia cum tunc non obediendo minimè delinquit, & nullus dignus sit pena, nisi ob culpam: fit tunc non habere ius superiores punitionis danda subdito. Ergo, &c. Ita su prædictus Santicus, qui videndus est, est enim vir doctissimus & acutissimus: sed tu sequere primam opinionem, tanquam communior, & probabilior.

Sup. hoc,
quod hic eò
cluditur eum
eodem Sancio,
in 10. r. 1.
tr. 1. ref. 12. in
fige.

RESOL XVI.

An subditus possit non obedire precepto Superioris, quando probabiliter iudicatur esse illicitum vel extra iurisdictionem?

Et notatur, quod si sub opinione probabili est Superiorum non esse legitimum, v. g. quia legitime non est electus, vel ex alio capite, subditum non esse obligatum obedire. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 31.

Quæ hic est
rel. antec.
dãns, & lege
etiam al u
versus p
me not. & i
to 5. tr. 1. ex
lata doctrina
ref. 11. signã
rette 11. Ne
dicas primo,
sed lege cam
per totam &
non pigebit.

§. 1. **O**pinio communis & probabilior, vt notauimus in 2. parte tract. 13. resol. 10. negat, & pro illa adduxi plures Doctores, quibus nunc addo Antonium Perez in *laura Salmantina, ceteram. 10. scholast. num. 115.* Azorium *tom. 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 9.* Salas *lata doctrina in 2. tract. 8. disp. vnic. sect. 8. num. 76.* & alios penes ipsos, quia in tali casu, cum Superior habeat ius præcipiendi, nam saltem ex probabili ratione mouetur; ergo subditus tenetur ei obedire, quia subditus tenetur parere, quoties absque peccato id potest facere, vt est in casu nostro.

2. Verum loco citato pro contraria sententia adduxi Ioannem Sancium, cui nunc addo Castrum Palaum *in opere morali tom. 1. disp. 2. punct. 6. num. 5.* quia licitum est subdito non parere Superiori præcipienti, quando est opinio probabilis non esse obligatum parere, vt docet Sanchez in *summ. tom. 2. libr. 6. cap. 3. num. 7.* Saurus in *clavi Regia lib. 1. c. 12. num. 6.* Turrianus de *inst. tom. 1. disput. 50. dub. 5. numero 9.* Petrus Nauarria de *restit. lib. 3. part. 2. dub. 13. num. 239.* & alij. Sed quando est opinio probabilis non esse licitum quod præcipit Superior, vel esse extra iurisdictionem, est opinio probabilis non esse obligatum parere, ergo, &c. Probatur minor, quia proba-

bilis opinionis deobligantis subditum obedire, in nullo alio capite efficaciori fundari potest, quam in eo, quòd probabile sit rem imperatam illicitam esse, vel extra Superioris iurisdictionem. Et confirmatur, quia ideo, quando est probabilis opinio, non tenetur subditum obedire, deobligatur subditus ab obedientia, in sententia Sanchez & aliorum DD. *ubi supra*, quia possessio Superioris in illa materia vocatur in dubium. Sed similiter vocatur in dubium potestas Superioris, cum probabilis est opinio illicitum præcipere, aut eius iurisdictionem excedens; ergo, &c. Deinde nunquam Superior fuit in possessione imperandi illicitum, aut excedens eius iurisdictionem, vt patet; sed est probabile, v. g. tale præceptum esse illicitum, vel excedens eius iurisdictionem. Ergo est probabile non habere Superiorum ius præcipiendi; ergo est probabile subditum non teneri obedire, & hac omnia præter multas alias rationes docet Palaus *ubi supra* doctis & acute & probabiliter, vt semper solet; & ad argumentum adductum pro prima sententia respondet Superiorum habere ius præcipiendi, quod est licitum certò, & indubitabiliter; quod verò sub opinione tantum licitum est, etiam sub opinione ius habet, & ita hanc posteriorem sententiam ante Palaus & Santicum docuit ex almo Ordine Prædicatorum Petrus Ledezma *tr. de statibus, vbi de Religiosis in communi, c. 4. sed, vt dixi, prima opinio est communior & probabilior.*

3. Non desinam hic etiam adnotare Salas *ubi supra* *n. 78. Lessium de iust. lib. 2. c. 41. dub. 9. num. 77.* Lorca in 1. 2. 10. 2. disp. 26. §. aduerte prætere. Sancium *in selectis disp. 33. n. 3.* Valquez in 1. 2. *quæst. 19. art. 6. disp. 6. c. 6.* & alios, quos citat & sequitur Palaus *loc. cit. num. 7.* docere etiam quòd si sub opinione probabilis est Superiorum non esse legitimum, quia v. g. non legitime est electus, vel ex alio capite, subditum non esse obligatum obedire, quia tunc non est possessio certa Superioris, cum de eius possessione probabiliter subditus dubitet; licet contrariam sententiam doceret Sanchez in *summ. 1. 2. lib. 6. c. 3. n. 29.* sed vtriusque opinio est probabilis.

RESOL XVII.

An Rex possit bellum gerere ex opinione probabili, licet ab altero Rege possideatur Regnum, etiam cum opinio non probabilis? Ex p. 2. tr. 13. Ref. 8.

§. 1. **D**ifficilis quæstio, & in praxi sæpe occurrens. Negatiuam sententiam docet Villalobos *in summ. tom. 1. r. 1. diffi. 17 n. 6.* & 7. vbi sic asserit. [Quando ay opiniones probables por ambas partes, no puede el Principe mouer guerra contra otro, si vni Rey esta en possessione, no puede el otro mouer guerra contra el, no solo quando ay probabilidad de opiniones, si no aunque la suya sea mas probable, si no es, que sea cierta.] Ita ille, & ante illum Valquez in p. 1. tom. 1. disp. 64. c. 3. n. 11. Montefinus etiam in p. 2. c. 1. disp. 23. q. 5. n. 224. & alij.

2. Sed si opinio probabilis versetur circa ius, affirmatiuam sententiam, contra præfatos Doctores, docet nouissime Sanch. in *his practis dispartitionibus, disp. 45. num. 58.* & seq. ad illum, & multas pro hac firmata sententia inuenies rationes. Et circa dubitationes præsentis materia, quando videlicet Rex possit gerere bellum, vide Becanum in *sum. Theol. p. 3. c. 25. q. 8.* Mollellum de *inst. tom. 1. r. 2. disput. 103. per totam.* Maldelinam de *inst. tom. 1. r. 2. disput. 103.* per totam. Maldelinam in p. 2. q. 19. art. 5. dub. 87. Loceam in 2. 2. sect. 3. disp. 53. Valent. tom. 1. disput. 3. q. 1. §. 1. c. 21. art. 2. q. 40. art. 1. dub. 5. Vegam in *summ. tom. 1. c. 21. art. 2. q. 40. art. 1. dub. 5.* Vegam in *summ. tom. 1. c. 21. art. 2. q. 40. art. 1. dub. 5.* Turrianus *in 1. 2. 1. tract. 8. disput. vnic. sect. 1. n. 12.*